

21

9

Informatio Rogerii, de taxis de-
postis, Polonicis, nuper Venetiis in-
stitutis, et exemplum privilegii Caroli
V Rogerio de taxis concessi.

Sacre R. m. De nostro clementissimo valde congu-
stus est Rogerius, de taxis cesareis: postarum magis
Venetiis, quod ministri serenissimi Di. regis Po-
lonie Venetiis instituerint postarum quaedam ordi-
nariam, per quam literae et negotia serenitatis sue
regie per Carinthiam, Viennam, et inde ulterius
Sracoviam expediantur, putatq. idem Rogerius si-
bi ea in re summam injuriam fieri, quando qui-
dem habeat privilegium a Deio imperatore Caro-
lo quinto felicissimae memoriae, quo cautum
sit ut ipse Rogerius possit, postas, et vereda-
rios ordinarie et constituere, non solum in
civitate Venetiarum verum etiam, in omnibus
aliis locis et terris Domini Veneti. Ad haec
dicit talem ordinariam postam, eomodo quo
instituta est a Secretario, prospero non posse
continuari, sine magnis impensis, reductis em-
pensis sumptibus ad calculum comperie-
tur in singulos annos duobus millibus su-
tatorum ad interitum, eam opus fore neque
tamen hac ratione rebus serenissimi regis
Polonie bene consultum erit posset cum eve-
nire quod biuo vel triuo postquam posta
Ordinaria Sracoviam versus discessisset ne-
cessitas aliqua repentina emergeret aliam
postam submittendi, tunc haud dubio opus
foret expeditionem eam sex aut octo diebus
deferri neq. dum Ordinaria a Sracovia Ven-
etias pervenisset, unde postmodum negotia
serenitatis suae, regie haud dubie detrimen-
tum caperent. Sacerum ipse Rogerius offert
se serenitati illius regie in hac re operam
suam praestitorem, et dimidia duntaxat par-
te sumptuum longe utilius ac diligentius
servitorem. Nam a Venetiis disponet postas,
Trientem quotcumq. opus erit: quoniam

ibi ad presens

o o o o

ibi ad presens nulla sunt a Tridento vero Vien-
nam usq[ue] habentur, postea ordinarie, iam antea
disposita. Quoties unq[ue] ^{in ergo} necessitas postulaverit, po-
terunt litera et negocia S. regis Romani regis
Polonie per istas postas expediri, dum modo
Vienna sit qui ea recipiat et ulterius, in Polo-
niam transmittat, id quod S. illius regie mul-
tis in rebus prodesse poterit.

Porro scribit idem Rogerius de tatis in eod[em]
negocio S. sue Secretario D. prospero pronatus
iuxta opinionem agentis regis qui est Venetis
quia dicto agenti hoc ipsius Rogerii institutum
valde probatur, licet vereatur eundem secretarium
vehementer repugnaturum propter privatum con-
modum quod una cum fratre suo venatur. Sed
non abs re foret, quod S. D. rex Polonie, eas li-
teras Rogerii inspiceret, videbit enim Rogerium
verum dicere et procurare commodum et utili-
tatem D. S. D. regis Polonie.